



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehac nunquam
in lucem prodiere

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembbris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

De SS. Christi martyribus Samona, Guria, & Abibo, Arethæ Archiepiscopi
Cæsareensis Oratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

N O V E M B E R.

366

scopum. Deinde Gotthum & puellam iuberisti: & audiente tota multitudine, (concurrerat autem maxima) iubet ea legi, quæ scripta erant de Gottho. Cum ea ergò lecta essent, an hæc vera essent, Gotthum interrogat. Ille autem (Quid enim faceret, qui à seipso & à veritate aperte conuincebatur?) nihil horum esse falsum confitebatur, & pro his petebat misericordiam. Prætor autem, Sceleratus, inquit, & parricida, cur ne Dei quidem timuisti iudicium, nec eius, quem nihil latet, oculum, etiamsi homines latere liceat? Cur non timuisti iusrandum? cur non legi Romanorum es veritus, tam impium aggressus facinus? Quoniam ergò conuicte hæc omnia despiceret, à te etiam grauius exigetur supplicium. Dixit, & iubet gladio caput eius amputari, & corpus eius in ignem projici, vt ne puluis quidem eius pulueris particeps, nec tradatur communi omnium matri, qui se ita gesentur cognatos.

Cap.28. Cùm autem ad rem execrandam se pararent milites, Dei amicus Episcopus erat Prætorem, vt quantum fieri posset, in eum vteretur clementia: neque is sua personet amentia. Ille vero: Timeo, inquit, Christi martyres, quos es dedit suū fideliis res. Iij enim, vt quos ipse fecellerit, nisi eorum, quæ admisit, ego iustas de eo sumptu poenas, mihi omnino, non ipsi, quod debetur, inferent supplicium: & alioqui effice, vt multi se gerant similiter, nisi pro ijs, quæ fecit, iustas poenas luérat. Cùm autem magis instaret Episcopus, & vehementius pro eo intercederet, à supplicio quidem Protor auferit ignem: perseuerat autem in eo, quòd eius caput gladio amputetur. Cum ergò Gotthum accepissent milites, & extra ciuitatem eduxissent, gladio, vt eis iufficerat, illi caput admisunt. Propter quod Seruatori Christo, & ijs, qui propter ipsius passi sunt, martyribus emittebatur laudatio ab omnibus, quòd superbis reddiderunt remunerationem, ad gloriam patris & filii & spiritus sancti, nunc & semper, & incola seculorum, Amen.

DE SANCTIS CHRISTI MARTYRIBVS
SAMONA, GVRIA, ET ABIBO, ARETHAE ARCHIEPI-

scopi Cæsareensis, Oratio, viro docto interprete. Habetur 3.

Tomo Aloysij. Hanc nos in capita
distinximus.

Nota antiquitus celebatur festū horum martyrum.
Cap.1.



Vomodo vobis se animus habet, sacer grex? qui diem festum hunc splendidius Christi confessoribus agitis, quandò externa erit am multa vos vti video lautitia, summaque cum hilaritate faciun hunc locum occupare. Nunquid fortasse, quæ in vobis imperium obtinet mens, sensim à rebus deflexa suis, per sensus effunditur, & in ea etiam, quæ oculorum subiecta sunt sensibus, dissipatur? Aut verò cum paululum hæc, blandientis cuiusdam catelli more, sensu adulari permiserit, ipsa in sua gaudens altitudine, pulcherrimis sibi propri spectandis rebus mouetur, afficiturque, & reiciendis voluptatibus corporis, proprium Christi martyribus verè natalem celebrat diem? Si hæc ita se habet, & victoribus his honore ipsum habendum censuisti, atque ita diem festum celebrare contendis, Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro, qui pridem etiam seruos suos velut passerculum quendam de laqueo venantium eripuerit, & nunc ipsa anni conuersione, optato gaudio nobis allato, sacris eorum certaminibus quodam hilari veluti coniuicio, studiofius nos excipere voluerit.

Cap.2.

Sancti martyres quæ nobis apponant.

Et quid hoc est? Id nempe, quodcunque animi vires confirmat, & spreta laudabiliter multitudine imperita, ad illas alterius vitæ mansiones erigit, erigiturque, alii velut quibusdam omnium prudentissime in altum euectum. talis est enim martyrum festus dies, tale victorum nostrorum theatrum, talia sunt ea, quæ abs se allata nobis illi conuiuiis suis apponere statuerunt: quandò non hoc modo epulari, lenitatemq; indulgere, sed vni ventri turpiter deseruire, qui, quicquid in eum quis studij contulerit, in secessum emittit: & vestium mutatione alios vicissim alios superare contendere, non solùm res generosa non est, eiusmodique, quæ moribus disciplinaq; nostra conueniat, sed ab ipso etiam est conuiuatorum sensu, menteque alienissima. Hac igitur

cum

cum à sint, cumque nos, quo pacto diem festum oporteat celebrari, anteà iam denunciāmus, nec sine spe fore, vt iactis in terrā bonam, animarū videlicet vestrarum cogitationes, orationis feminibus, multiplices simus spicas measūri: agedūm, agē, inquam, præclaro factō iam hoc orationis initio, ea vobis deinceps proponamus, quæ diei festo celebrando cōueniant. At enim desideratis, video, vt fortissimorū horum virorum certamina, tanquā in tabellis quibusdā nobis depicta, omnibus spectanda proponantur, quod ad diei festi celebrationem his accommodatius esse nihil videatur. Hoc igitur & faciamus. Tametsi ad pingendum nobile adeo hoc argumentum idonea sine dubio pigmenta nobis non suppetunt, vt ex intuīta martyrum constantia diuinus in animos nostros fructus perueniat: quō eorum videlicet æmulatio ne excitati, oppugnato pro viribus impotenti animi vitiorum dominatu, pereanem vobis ex maximē diuina ista certatione gloriam pariatis. Sed agedūm apponamus iam vobis, que habemus, idque quatenus facultates nostræ patiuntur. Cæterū quacumque sint ea, collata cum studio, prorsus placitura non dubito, præfertim qui sciam non solere à legitimis & æquis rerum æstimatoribus filijs repudiari parentum facultates, sed propterea ijs charas esse, quod sint paternæ. Simili modo etiam pauperi non sit qui virtus vertat, si qui comedandi causa ad illum accesserint, de ea, quæ sibi præstò fuerit, copia ipsi largiatur.

Sane quidem Gurias, Samonas & Abibus, & nati sunt Eedesæ, & educati. Porro Edesæ huīus (quæ quidem vrbs est in Mesopotamia) nomen cùm paucis admodū ante hos martyres cognitum esset, ab ijs ita celebre factum, illustratumque est, vt vnā cum eorum fama per vniuersum se orbem terrarum diffuderit: neque verò ijs intra vrbem domicilium fuit, sed in agro extrā, vbi videlicet tranquilliorē à vita huius negocij vitam essent acturi, procūl à ciuilibus turbis remoti, quæ certum animi in religione propositum perturbare solent, atque peruertere, neque spatium dare, vt pulchritudinem suam velut in speculo valeat contemplari: ac si quid sit, quod ei officiar, & ignoretur, id peruidere possit atque corrigerē. Idcirco igitur grata his valde vita fuit agrestis: in qua etiam assidui, vnā cum Propheta illud, Solitarij, donèc transfe- mus, omnium pulcherrimè tenuerunt.

Sedenim Gurias præcipuum in vita studium, meditatio & continentia fuit, quæ diu- turna consuetudine familiares illi ac peculiares factæ, fecrē, vt cognomento Conti- nens appellaretur: neque enim tu eum aliter indicāses, nisi dum eum nominares, nomini etiam Continentem addidisses: At Samonas vigentibus maximē & animi & corporis viribus, ijsque præditus, quæ qui habent, eos libenter spiritus sanctus suis solitus est choris aggregare, quippè cùm iuuenes hortetur, vt se senioribus adiungant, ut vicitoria vnā carmen concelebrent: His, inquam, ille praestans animi & corporis vi- ribus, ad Guriam se contulit, eius vitæ studia propriū imitaturus, ac si posset, etiam superaturus. Cæterū qui absoloram illis choream conficiebat spiritus sanctus, tertium etiam præterea quærebat, qui cum numeri paritate eam similitudinem, quæ sibi cum patre & filio est, perfectè in choro ipsorum exprimeret, tum etiam numero firmitatem concordie stabiliret. Itaque (ò felicitatem) etiam inuenit Abibum: qui tam- si vtroque natū minor erat, tamen quod ætati deerat, supplebat non eō solum, quod peruegitatis vtriusque ipsorum vita institutis, in animum induxit, vt in eodem fevnā cum ijs curriculo exerceret, sed eō etiam, quod sacro Diaconatū ordine insig- nitus, magnum ijs, quibus se socium adiungere festinaret, ornamentum afferret. Medium enim his se cùm inseruisset, vnaque cum ijs apud Dominum, cui ministrabat, fidenter egisset, pīs quietem à persecutoribus conciliauit. Siquidem post illud tempus nostra languine martyrum rubescere desit terra, pulso nimis rūm ē regno Li- cino, Constantinoque in eius locum substituto. Quo quidem Imperatore Romana eius locum Imperator substitui- tur.

Huiusmodi prædicti virtutis insignibus Gurias & Samonas, non iam Eedesæ tantū, atque eius finibus cogniti erant, sed in exteris etiam terras longè lateq; se eorum fa- ma propagabat: erantq; hinc Christianis lētitia ac decus, illinc Græcis tristitia & do- lor vehemens, ac quicquid deniq; mali creare solet inuidia. Quamobrēm non fe- runt illi illustrium gloriam virorum per vniuersam Syriam diffusam. Diocletianus ex subiectis Imperio cunctis gentibus gloriam existimaret, illud longè sibi præcla-

URRIUS

900
MOLIER

RVIII

5

Cap. 3.
Vides ex
fanctorum
memoria
ciuitates il-
luſtres red-
di?

Sancti mar-
tyres cur in
agro poti-
us, quām vr-
be degere
voluerint.

Cap. 4.

Pulso Lici-
nio, Con-
stantinus in
eius locum
Imperator
substitui-
tur.

Græcos hic
dicit, idolo-
latras sue
gentiles.

ius futurum putauit, si Christianos corum voluntate ad sententiam suam traduxisset, aut recusantes funditus deleuisset: vt sublati, qui Deum intelligerent, sublati etiam qui in cruento sacrificio bonitatem facerent, liberum dæmonibus suis sacrificium posset offerri. Hinc ex regijs literis, quæ quoquouersum per viuieriam Romanorum actionem mittebantur, & pijs pernicias parabantur, & ignominia: contraque impij, quamuta & manufacta simulacra venerarentur, honor & salus spondebatur.

Cap. 6.

Ad hæc iudicium iniustorum, & cædem spirantium alia post alias procelle: quibus illud vnum erat propositum, quemadmodum omnibus in rebus ijs morem gerent, qui se misissent. Parati erant præcones, aperta subcellia, editiora extruebant tribunalia, omni circunquaæ tormentorum genere vallata. Interdictum erat Christianis quemam in terdiæ sub Diocletiano.

mine licebat: magna in viribus Christianorum erat solitudo: in carum loci remtiores ab ijs recessus succedebant, quos multitudine eorum, qui exagitabatur, compatabat. Nulla in persecutoribus aduersus natum maiores reuerentia: nulla parvorum, propteræ malorum sensus expertum misericordia, ne ijs quidem, quibus tribuitur natura, vt propter virium imbecillitatem, huiusmodi affectu plurimum mouerent. Feræ immites omnes aduersus Christianos, vnaque in re tantum humani, quod quem in animis piam de religione fidem cōcussarent, ijs, simul vt eos ad simulacrum adduxerant, liberam malè viuendi potestatem permittebant. Quo quidem nihil pijs poterat esse perniciosus. Grauis oppressam creaturam tenetebat tempestas, quæ nullâ prorsus secutæ tranquillitatis significatione daret, nullam' ve melioris fuisse miseris affulgere spem fineret ex his, quæ sunt confecta.

Cap. 7.

Nec ipsa Edessa cōmunitum temporis illius calamitatum immunis fuit. Gliscerat in pios quotidie ærumna: & impietatis procella, quæ ciuitatem inuaserat, effecit. Singula do-mus Edessa ut omnes iam de vita penitus desperarent. Domus singula suos scrutatores habent, tam quæ in illustri positæ ciuitatis loco, quam quæ quod in obscuræ esse videbantur, tutum ante latere volentibus perfugium præstare solita erant. Neque ipsis etiam agri huius erant tempestatibus expertes: siquidem nihilo tolerabilior in his, quam in oppidis, miseriarum erat fluctuatio, similibusque hic, atque illic, periculis pietatis veluti tempestate quadam iactabatur.

Cap. 8.

Eo tempore ipsi quoquæ Gurias & Samonas, hic fortitudinis, ille cōtinenter laude insignis, compræhensi sunt, vnaque cum ijs ingens Christianorum multitudo carcere addicta, cum non esset qui redimeret, neque qui saluum faceret. Ac careri quidem quibus aut nominis obcuritas, aut fidei negligentia causa erat, vt contemnerentur, fine mora è custodia educebantur, quippe cum nihil aduersus se impugnarent, quod esset ad expugnandum difficilimum. Verum Guriae & Samones ingens quæ eos comitabantur, solidæ pietatis gloria, causa fuit, vt diutius in custodia afferuerentur. Ex quo quidem videntur mihi meritò Confessorum etiam cognomentum Cœptores quædicti sunt, adepti: quod premij loco ijs deferri solitum est, qui Christi causa hoc modo citram cœm male habitus sunt. Si quidem in ea tandem feruntur permanisse, quoad vita fundi priore principe, alter in eius locum successit.

Cap. 9.

Verum enim afflictio his oblectamentu loco erat, & in commordorum perpeccu philosophiam in eorum animis augebat, quæ quidem grauiorum, quæ mox pro Christo essent excepturi, tormentorum quoddam erat velut præludium: Quin alios etiam exemplo suo excitabant, quippe cum docerent eam, quam quis vere profiteretur, fidem, neque rebus asperis, quæ Christi causa maximè intentarent, frangere, neque malorum perpeccione villa debilitari: neque enim permisurum iustum certaminum arbitrum ac moderatorem, vt ea aut semper durarent, aut maiora essent, quam ut ijs ferendis quis esse par possit: præsertim si Paulo habenda sit fides, qui ipse rerum arcanarum & inspectior fuit, & prædicator: Et si labor est multus, at nondum ramen est tantus, immò longissimo intervallo minor, quam ut cum eo, qui in nos posset reuelandus est splendor, villa ex parte merito queat comparari. Atque hac quidem illis hoc modo. Verum enim rero quoniam oportebat, vt perfectioribus multò laboribus se darent, & ad nobilitandam etiamnum magis ipsorum gloriam, reipublicæ prioris suæ exercitationis perspicuum omnibus ederent documentum: forebat incitatus aduersum Christianos is, qui paulo antea missus prouincia regende fuerat.

1. Cor. 10.
Rom. 8.

fuerat Praes. Porro rabies illa id vnum spectabat, quemadmodum ei, à quo missus fuerat, omnibus in rebus gratificaretur. Itaque nihil prorsus omittebat eorum, quæ rapti altæ in dolis viri sibi suntur, pietatis suæ pœnas daturi. Ceterum que magna cum animorum elatione, magnoque cum spiritu, aduersus hunc dicta tunc fortiter à mar. tyribus sunt, ex quibus & præsentis fortuna in constantia derideretur, & corum, quæ in posterum parata sunt, bonorum gloria magnificè prædicaretur, (tametsi margaritam nobilitas ante suilli generis homines projiciebatur) aut quemadmodum ipse etiam index, dum eos tentat, qui tentationibus vincere non possunt, iniunctam eorum animi constantiam astutè subverttere conabatur, longum utique esset persequi oratione: nihilominus tamen, ut quantum ad intelligendum sit satis, quales illi fuerint, doceamus, nè egregia martyrum palestræ prorsus simus expertes, néve eius rei, quam ex omnibus pulcherrimam sperauimus, iacturam faciamus, tales erant, aut his similitudine quam proximi.

Blandè agebat cum viris sanctis is, cui iudicandi potestas obtigerat, seseque modò, Cap. 10. vt qui nocere eis nollet, ad lenitatem dabat: modò supplicia differebat, nè animi Iudei illis seuitia ea ijs accelerare videretur, qui ad quævis perpetienda ipsi erant paratissimi, primùm nulla: re magis, quam supplicij mora offendebantur: verum apparebat, facta diuisio esse contraria, quippe cùm non humanitatis ea essent, quæ ab eo fierent, sed immunitatis: animi non benefici, sed malefici: siquidem ex mora huiusmodi interpositio ne apparebat, eum eorum animi firmitatem, roburque sensim velle labefactare, & ardorem refingere, quò videlicet postquam ex huiusmodi ampliationibus recens alacritas illa veluti defervuisse, consopitaq; esset, viam ad id, quod sibi proposuerat, occulè muniret. Quin & nugamenta aduersus illos verborum quædam contextit, sic propemodum astutè ipsos aggrediens:

Nolite, inquit, putare vos, me animo esse præduro, eiusmodique, qui crudelitate Cap. 11. & humano sanguine delegetur. Naturam reuereor: miseret me cognitionis, quæ Fallacia Iu- milii est vobis: & quanvis contrariam nobis religionis viam sitis ingressi, idque dicitur, huma- fortasse veritas inscrita ducti, ac propterea in animum vobis induxit, vt extrema nitate, omnia ferre libenti animo supplicia sitis parati: nihilominus ego quidem de hoc vo- bis ignosco, idque consilij vestri imbecillitati tribuo: siquidem scio mortalium adhuc neminem extitisse, qui quidem in consilio sibi capiendo nusquam errârit, quiisque cùm in alijs optimè senserit, in ijs, quæ præcipua ipsi erant, non aliquando offendenter, atque ibi maximè, vbi maximè se præfare confideret. Quocirca licet innumerabilia urgent me Regum iussa, nihilominus tamen malim, quoad fieri possit, cùm manife- stè periculosa res sit, quiduis supplicij ipse subire potius, quam asperum in vos quic- quam efficere, vsque dum fortasse duritia vestra mea patientia deuicta, lenioribus vos verbis ab obstinatione ista deductos, in meam sententiam adduxero, cui ferociter nunc repugnatis.

Quem enim sacra vestra non moueat canities, Guria, quæ in vobis vndique appå- Cap. 12. ret, quamque continetia conspicuum facit, cùm in ista, quæ vobis extrema reliqua est, vitæ parte eam iactari animaduertat? Quis porro non Samonæ integras animi & corporis vires summe admiretur, perpetuoque laborum sibi eum habere omnium socium desideret? Valeant iudicia, subsellia, diutia, honores: quanvis enim haec illeccbris suis blandè ad se animos omnium allificant, permagnumque ad benè beatitudinem habent momentum videantur, nihilominus tamen, quandò vos ista morum probitate, modestiaque viri ita faciendum censem, placeat mihi quoquæ omnia ex fortuna temeritate pendere, qua commutari, ea quoquæ commutari ne- cessè sit. Videte, qualè me aduersus vos geram: donare hoc mihi, vt meliora de vobis possim sperare. Tu, Guria, adhibita tibi in cōsilium ea, qua pollere solitus es, pruden- tia, summaque eademque spectata omnibus ista animi tui magnitudine, gravitateque: Tu vero, Samona, solido à te isto ac viuendo corporis robore tuo ad Regis cul- turam translato, (id quod eriam futurum, hec terna die diuinæ mihi Sibyllæ confir- mārunt) nolite, quæso, ita crudeliter duriterque vestris, quibus vos natura largiter auxit, bonus abutis: Nam à me quidem misericordiam aduersum vos auferitis: vos vero in turpissimam necem campingitis, ac maleficos homines imitamini, qui mife- ré volentes ipsi sibi mortem consescunt. Atque huiusmodi quidem astuti iudicis & ratio, & oratio fuit.

Quid

Samonas &
Gurias ad
tribunal ra-
piuntur.

URNIUS

900
1000

RVIII

5

N O V E M B E R.

370

Cap. 13. Quid verò viri fortissimi, imperterritique: Easdem iij nimis rūm ad eum capienda artes adhibuere, quibus fretus ille, eos se dolo capturum sperabat. Nam quid est, inquiunt, quod tantoperè à sententia nostra nos valeat dimouere? Nunquid vchemen fortasē instabilis virtæ huius cupiditas? Sed quidnam est, quæso, ex omnibus, que ea habentur iucunda, quo animus noster queat permoueri? An non animaduerit nos optimos vos testes habere, cuiusmodi hoc sit, quo sum circumamictus, corporis sculum, quām paucissimis ad se in vita tuendum contentum, & expedito Christi militi perquam simile, qui ad omnia tribuni iussa exequenda sit quamparatissimus, quæ velut super tenuissima rate, virtæ huius pelagus transmittat, nē qua re grauam impedita illa, necessariò cursum tardius conficiat? Vndè igitur à sententiame non poteris reuocare? quibus ve capere blandimenta, vt me res virtæ huius permouem.

Sancti martyres mōdo mortui. qui maxima illius iam parti mortuus sum? quippè qui voluptatibus contempnemus ipse in voluntariam me mortem tradiderim, atque hoc ipsum, quod nunc vivo, et viuam, quod eius iniussu, qui me in vitam induxit, nolim exire de vita. Siquidem emibemur expectare, dum vinculum soluat, à quo nimis rūm in eam fuimus illigati. quid, obsecro, nōne hoc summæ esset dementiae, quibus iuuenis nuncium remisi, his denuò cupiditatē velle iritare, atque ea, quæ iampridè omnibus, quæ vellet, libens dimissem, gratia loco nunc cupidiūs appetere? præserūm cum illis esset incertum, an diū simulacra esse adeptus, eis mihi securè per oculum fruieret. Sed vt adempta prorsus sit omnis de hac re dubitatio, haud dubiè is degener & liberalique se esse animo ostendat, qui rebus æternis caducas anteponat, stabiliusq; ac permanētibus ea, quæ cito dissidunt, quām confistere potuerint. Et quidem ad me attinet, hoc modo: Quo pacto verò etiam Samonam hunc (pro enim loquor, quod is & animi sensuum, & præclaræ huius peregrinationis mihi fuit) a fano suo animi proposito poteris auocare?

Cap. 14. Dices fortasē, non conuenire adolescentem ætate integra, & viribus corporis lentissimis, viuendi finem facere, & ante præstitutam sibi vita diem, de vita velle descedere. Fateor, viget ille quidem ætate, sed Deo viget, vndè & vigorem illum accipit: viget item viribus, sed hoc quoquā inter res maximè laudabiles est, quæ arcantur integræ, & viribus firmis, ea illi offerre, cui vetus etiam lex gratam victimam offert, victimum nouellum, & ætate florentem, cornibus nunc primum se foras tridentibus, & vngulis decorum. Talis etiam Samonas tali etiam similiter immoletur, florenti etiamnum ætate, & nitenti facie: non autem in senectutem iam vergente, ne fortasē rugis etiam insidianum nobis corruptus, victimæ vitie integratem. His auditis, astutus ille ac veterator, confessim spem, quam conceperat, amittit.

Index pro dit se crude liter. tenuis in martyres. Quamobrèm abiecta persona, aperta impudentia in necem sanctorum præcepit. Mirabilis igitur incensus iracundia, ijs celeriter ad se accersitis, quorum munus efficiunt modi carnificinas exercere, mandat, vt fure altera manu religiosos martyres, diu in sublimes teneant: quibus, praterquā quod totius corporis pondere grauati & uellebantur, ad maioris etiam præterea sensum doloris, intolerandum pedibus apudri pondus iubet.

Cap. 15. Nōrunt plerique, sed omnium maximè medicinæ artis periti, qui naturæ arcana ipsi subtilius indagārunt, quām intolerabilis illius sit cruciatus dolor in quouis animali, si extrema aliqua suâ parte suspensum teneatur, atque in eam vnam vniuersum corporis totius pondus recumbat: quippè cùm ossium compages in eo sint, vñ iamianas discludendæ sint, neruique ipsi sint præter modum distenti, & mucilli distracti, & totus ipse corporis truncus suopte atque alieno etiam pondere diductus constringatur: deinde cùm naturalis humor vñ cum animali spiritu, quæ quidem in extiores partes coarctetur, quæ verò propter meatum confitipationem egredi prohibeatur, grauior in animante excitatur doloris vis, inter cetera omnia hoc etiam ipso, quod exitus in elisione præcluditur, eoque magis, si distensio que fit, ex diametro existit, qui quidem longior excogitus sit, quām sit quævis reclarum partium media linea. Tali igitur tantoque satane ministrorum solertia comparato tormento, cùm in eo per dimidiata diei spatium, coquè amplius illi constanter perseuerarent, vñ se nihil proficere impius iudeus animaduerit, à supplicio tandem relaxari, atque in obscurissimum carcerem trudi martyres iuber, ibique diurna eos incidi macerari. Tum quæstio rursus, & tormenta longè omnibus ijs, quæ præcesserant,

Cato

Ceterum Guriam ille, ypotè & sene&tute iam & inedia, & ijs, quos pauloantè per tulerat, cruciatibus penè cōfētūm, statuit tormentis amplius non diuexare, nè, si id fieret, animam ille inter tormenta, priusquam voluisset ipse, & lenti eum pœnis afficeret, expiraret, atque hoc modo spe ipsum maxima deturbaret. Siquidem exsistebat se illum omnino aliquando tentatum, in potestatem suam redacturum, quippe aut blanditijs emollitum, aut tormentis fractum iri animos eius, aut denique fore, vt, cùm videret, quibus alij cruciatibus afficerentur, alieno periculo discereret, quemadmodum eos ipse, mutanda sententia sua, declinaret. Verùm Samonam, quòd eum & iuuenem videret, & robustum, tormentum denuò aggreditur atrociorē Samona horrendum supplicium.

longè, & suprà quām dici cogitarique possit, maiore, quām antea. Nam ex altero peccatoque cum sublimem statutum, pondere alterum ferri incredibili in diuersum distractiūs, quippe cui certum esset, illum prorsus hoc modo quamprimum veille dispergere. Ex quo quidem factum est, vt laxata coxendicis iunctura, claudus ille posteā non sine causa remaneret.

Sed cum hęc quoquę viri fortissimi pro nihilo habuissent, omnemque ei penitus spem pr̄c̄idissent, fore vt ab eo vñquām vinci, superarique possent, denuò eos ille in custodiā compingit: vbi cùm aliquandiu permanissent, postea nocte intempesta ijs caput amputari, vt hoc modo vitam relinquenter, iubet. Pr̄h quanta sententia hac latitie martyribus fuit, non quidem ob eam cauam, quòd viderent hoc modo allatum iri finem acerbitatibus, atque ærumnis suis omnibus, sequē tanqñam ex iagatione & fluctuatione quadam perenni in portus tranquillos, pacatosque peruenturos; sed quòd iter illud inirent, vnde mox essent cum Christo futuri, quicunq; etiam certissimè regnatores sperabant, quemadmodum illius etiam in aduersis ferendis vestigia fuerant imitati. Ac Guriæ quidem & Samonæ certamen victoriaque, talia ac tam insignia fuere.

Quale verò etiam Abibus stadium cucurrit, tempus est, vt nunc exponamus. Hic cum inter ministros Christi mysteriorum vñs haberetur, & pari cum ijs rusticitate, quiaue ipsum consummati fuerant, ferretur, insimulari apud persecutores cōceptus est, quòd multis, qui salui fuerent, ea ministraret, quæ ad ipsorum salutem pertinerent. Quando Diocletiano meritò ex fatali necessitate vita iam functo, is, qui aduersum nos exercebat, furor ad Licinium delapsus, veluti diris deuota quædam hæreditas, ab illo ad hunc miserabilis Imperij specie impegitser. Ceterum quoniā hominibus sensu carentibus tolerabile videri non poterat, si in eodem cum pietatis cultoribus grege numerarentur, ab ijs denuò persecutio excitatur: sed in vnum Abibum tota periculi moles in cumbet, cuius expugnatio perindè futura imp̄ijs erat, acsi cunctos pariter funditūs Christianos delectuerint.

Vbiq; vestigabatur Abibus per loca habitabiliā, inhabitabiliāque, nec tamen usquām reperire illum poterant homines vafri. Itaque cùm perquiendo fessi, spem iam præ omnem abieciissent, ipse, quem insectabantur, ultrō se quærentibus exhibet, atque ad iudicem introducit, à quo, quoniā difficile videbatur, eum dicto aliquo fadōve ab certa sua de sana religione lententia dimoueri, per ignem ad eum, cuius desiderio astuabat, ignitus amator dimittitur: atque ita ijs, qui eum antecesserant, martyribus datur, conforsque sepulcri eorum efficitur, quemadmodum etiam laborum & gloriæ ante in mercatura socius fuerat. Quoniā etiam simili modo viceunt principatus pestiferi dæmonis, superarunt potestates mundi huius, coniuncti sunt cum Angelis, transierunt ad certaminis arbitrum Christum, sudore adhuc sanguineque ob exhaustos in stadio labores certaminaque madentes, porrigit eis dexteram egregius munerarius, suosque athletas in æternis tabernaculis collocat.

Sed quę sunt hęc? nempe vbi quod suū est cuique præmium, pro merito tribuitur, & cuimodo hoc, scire fortasse desideras. Eiusmodi nimirū, cui simile nullū tam antelegem, quām in lege quis possit ostendere. Quę hoc? nempe quòd his eorum nemo pat fuit, quòd ex ijs quilibet longo ab his interuallo superaretur. Siquidem institutis viuendi veteris legis præstabilitiora sunt ea, quæ sunt secundūm Christum: ex ijs autem, qui post Christū fuere, nulli videri possint secundi, quippe qui inter martyres, martyres sunt, inter monachos monachi, inter sacerdotali dignitate præditos sacerdotalis dignitatis participes. Nam & certarunt, & ante suscep̄ti certamen strenuè se in pietas cultura gessere, & sacri ordinis, propterea quod Abibus diaconus esset, omnes fuere

Cap. 17.
Caput eis
amputatur.

Licius Ec-
clesiam per-
sequitur.

Igne cōcre-
matur.

Cap. 19.
Abibus vl-
tro se offert
quæretibus.

Cap. 20.
Sui cuique
pro merito
præmii in
celo tribui-
tur.

URVIUS

900
1000

RVIII

5

fuere confortes. Siquidem in societate quæ eorum quisque habet, ea communica alteri, & mutuis officijs singuli eius rei participes fiunt, in qua alter excellit. Quin in modo (sed fortasse alicui nimius videbor) si cum ijs, quæ secundum Christum sunt, conferantur, anima duertere facile poterimus, quibusdam in rebus eos superiores exire: martyribus quidem, vita ante martyrum monachali: monachis vero, martyris martyribus rursum, qui in militaribus aut ciuilibus se munieribus occuparent, eo quod ex sacerdotali dignitate splendor effulget. Talis beatis viris cursus fuit, tantus labor huiusmodi in terris periculum, huiusmodi præmia celeberrimorum horum laborum.

Cap. 21.

Inter quæ illud quoquæ nullo modo silentio prætereundum, de puella, quod omnipotere admirabilitatem omnem propemo dūm fidem exuperat. Viuens namque cum ab sceleratis hominibus in sepulcro recens cadaveribus plenum, esset deiecit, regione barbara, atque à patria ipsius longè remotissima: ubi sanctorum martyrum fidem precibus implorauit, quorum etiam ope freta, longam adeo peregrinationem suscepit, certissimè quod expectarat, confecta est. Vesperè enim cum in summa fanæ illi ultra posita esset desperatione & fletu, benè manè patriæ, matri, tumulo sanctorum caritatis restituta est, mirabiliter educta de sepulcro, ut potè quæ à circunsedentibus lud custodibus videri nequiverit, admiranda quadam celeritate ab ijs inde absorta. Siquidem albis illi veili equis, (ò miram sanctorum in ferenda ope promptitudinem atque celeritatem) cum puellam appellassent, atque in equos sustulissent, eam intra delubrum suum intulere, unde etiam scelestum paulo tè virum affectabantur, vadibus ijs ab eo acceptis: qui dati, sanctissimè religiosissimeque datarunt seruârunt, & huic salutem, & illi qui fidem violauerat, meritum paulopost eum attulerunt. O seruatores celeres, expeditique: O fidem vestram imploratum adiutores strenui, invictique: O ad ea, quæ spopondisti, perfoluenda fine mortis promptissimi, & in tribuendo quod cuique conuenit, minimè lenti.

Cap. 22.

Prorsus iam, ô sacer conuentus, ac Deo dicata concio, mihi quidem perfoluunt, quæ vobis eram pollicitus, & orationis cena parata est, & quæ ad representanda martyrum certamina pertinebant, veluti in albo aurium vestiarum pro viribus delineata a nobis sunt. Vos vero quid? qui ad diem festum conueniatis, qui constitutis, qui auditores, qui oves ratione prædictæ: quid, inquam, confessoriis hisce matribus, quid item contrâ nobis reponetis? Nimirum illos quidem hymnis laudibus modo celebrando sunt, quæ prosequemini, & quæ bona sunt, summa ope magis ac magis in dies secessus finitum. Siquidem gratum martyribus est, si hoc modo festi eorum dies celebrentur. Hoc modo strenuos Christi pugiles honorare laudabile est, tali studio, talibus studiis: nobis vero obedientiam præstabilitis, mansuetudinem, pacem atque concordiam, & præterea etiam sanctitatem: quam aliunde nusquam adipisci quis queat, quam membris, quæ sunt super terram, mortificandis. Quo quidem nomine arbitrio ergo vitam eam appellari, quæ turbulentis animi motibus obnoxia est. Illi vero sanctifice vos dedicare quæ summo studio debetis, qui ijs, qui cor à materialibus cordibus expurgarunt, præmium illud largitur, vt se clarè peruideant, & caelesti illa gloria inde implaeantur, vt Moyses.

Sic quidem ego pater vester, vos vero filij, charissimum & amabilissimum nomen inueniemus fortasse, cum a hereditatem illam aeternam translati erimus, vt viuere vnde possimus, simulque lætari: quando videlicet etiam corona gloriationis de vobis honestatus, ad communem Dominum exclamabo, Eccè ego, & pueri, quos decidi mihi, Domine: Ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

VITA S. EVGENII Archiepiscopi Toletani, cuius festum in 15. Novembre diem incidit, breuiter describitur cap. 7. vita S. Gerardi Abbatis Bronensis: Eius vero translatio ibidem cap. II. 12. 13. & 14. quæ re eam tomo quinto, 3. Octobris.

VITA